Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26558
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gratulabitur ei sic dicens. Quae est ista. i. quae
mirabiliter est ista notabilis quae ascendit
passibus uirtutum de deserto. i. iudais
mo scilicet de carnalibus obseruantiis re
mota. quae post tempus gratiae a deo erant deserte
et contempte. uel per mortificationem carnis
quae est et uisa deserta a deo secundum improbos il
la affluens. i. habundans non minoribus
delicius uirtutum. i. talibus uirtutibus quae deo
sint delicie. illa etiam innixa. i. in supra
dictis uirtutibus habendis firmata super
dilectum suum. Ac si dicat. Quod talis est. hoc
totum habet a dilecto suo. Uel innixa
super dilectum. i. in nulla legis obseruan
tia confidens. nichil suis meritis ascribens.
sed in solo christo confidens et ad eius gratiam omnes
uirtutes suas referens. super ipsum funda
ta. Sub arbore malo suscitaui te. ibi